ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΤΟΥ ΑΝΤΙΚΗΝΣΩΡΟΣ ΙΝΣΤΙΤΟΥΤΩΝ ΒΙΒΛΙΑ Δ.

THEOPHILI ANTECESSORIS INSTITVTIONVM LIBRI IV.

CAROLVS ANNIBAL FABROTVS
Anteceſſor Aquiſextienſis ex tribus mss. codd. Biblioth.
Regiæ recenſuit, & ſcholiis Græcis auxit. Idémque
IACOBI CVRTII Latinam interpretationem
emendauit, & Notas adjecit.

Huic editioni acceſsêre Græca Titulorum de Verbor. ſignificatione, & de Reg. Iuris fragmenta è Regiis codd. mss. eruta, eiuſdem ſtudio, & curâ.

PARISIIS.
Sumptibus MATHVRINI DV PVIS, viâ Iacobæâ,
ſub ſigno Coronæ.

M. DC. XXXVIII.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

ILLVSTRISS. VIRO D.D.

PETRO SEGVIERIO

FRANCIÆ CANCELLARIO.

SILENT leges inter arma, *vt olim veriſsimè Orator dixit*, VIR ILLVSTRISSIME: *hoc eſt, ſordent pacis ſtudia inter armorum ſtrepitus, & hoſtiles tumultus: quid enim humaniſsimæ Dearum Eirene cum ferociſsimo Marte? Exit tamen ex vmbroſo, & ſcholaſtico puluere legum interpres Theophilus armorum ſecurus, & puluerem Martium non reueritus. togatus ſagatos non horret. prodit inquam ornatior, & politior, vt tam verè, quàm animosè profiteatur, belli rationem non aliter conſtare, quàm ſi ſua legibus dignitas, & majeſtas ſeruetur illæſa: prædonio more, & nullo iure gentium bellum geri, quod contra fas piùmque indicitur. Sacratiſsimum Principem noſtrum iure bellum inferre, quià de alienis non certat, ſed res ſuas repetit, & arma armis propulſat. repellit bellum, non infert*

ã ij

Η ΔΙΑΤΑΞΙΣ Η ΒΕΒΑΙΟΥΣΑ ΤΑ ΙΝΣΤΙΤΟΥΤΑ.

CONSTITVTIO QVA CONFIRMANTVR INSTITVTIONES.

IMPERATORIÆ Majeſtati proprium eſt non ſolùm armis decorari, ſed etiam legib. armari: vt vtrumque tempus, & belli & pacis rectè gubernetur: ac Princeps Romanus victoriam reportet, non tantùm fuſis congreſſu hoſtibus, sed etiam per legales adinuentiones calumniatorum iniquitates expellēs. Atque tam iure conſtituendo venerabilem ſe præbeat, quàm de victis hoſtibus triumphet.

ΒΑΣΙΛΙΚΗΣ [a] μεγαλοφροσύνης ἐστὶν ἴδιον οὐ μόνον [b] ὅπλοις κοσμεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ νόμοις [c] ὁπλίζεσθαι, ὥς γε ἑκάτερον [d], τόν τε τοῦ πολέμου [e], καὶ τὸν τῆς εἰρήνης καιρὸν, ὀρθῶς κυβερνᾶσθαι· καὶ ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς [f] ἀποφέρηται νίκας οὐ μόνον ἐν ταῖς τῶν πολεμίων συμπλοκαῖς, ἀλλὰ καὶ νομίμοις ἐπινοίαις τὰς τῶν συκοφαντῶν [g] ἀδικίας ἐξωθῶν. Καὶ γένηται μὲν ἐν νόμοις σεβάσμιος [h], θριαμβεύοι δὲ τῶν πολεμίων κρατήσας.

[a] Μεγαλοφροσύνη, ſiue magnanimitas virtus eſt, non majeſtas, i. μεγαλωσύνη, vt cap. 1. ep. Paul. ad Hebr. aut μεγαλειότης, vt Petri 2. c. 1. & Gloſſ. Gr. Lat. Alij σεμνὸν ἀξίωμα vertunt. Imperatoria autem majeſtas, ſiue imperialis majeſtas, vt loquitur Capitol. in Clod. Albino, eſt ipſe Imperator, vt in l. 1. C. de theſauro Phædr. Æſop. fab. 2. 3. Horat. 2. ep. 1.

[b] Sic Onoſand. στρατηγικαῖς ἐξουσίαις κοσμουμένοις, vt ibi notat Nicol. Rigaltius V. Cl.

[c] Georgius Alexandrin. apud Phot. νόμοις ὁπλίσας βασιλικοῖς. Iſidor. Peluſiot. epiſt. 228. lib. 5. τῇ τῶν νόμων ὡπλισμένη ἰσχύϊ.

[d] In duo tempora vita tributa eſt, belli & pacis, Ariſtot. Polit. 1. c. 3. & lib. 7. cap. 14. Themiſt. or. 9. Lucian. de paraſ. Theon. Chr. 1.

[e] Iornand. de Regnor. ſucc. Romani, vt ait Iamblichus, armis, & legib. exercentes ſeſe, orbem terræ ſuum fecerunt: armis ſiquidem conſtruxerunt, legibus autem conſeruauerunt. v. Themiſt. orat. 10. Liban. κατὰ τῶν προσεδ. τοῖς ἄρχουσι. & declam. 28.

[f] Gloſſ. Nomic. Princeps, αὐτοκράτωρ βασιλεύς.

[g] Sycophantæ ſunt vitiligatores, iuris cauillatores, δικοῤῥάφοι, φιλόνεικοι, κακοπράγμονες. Sueton. Auguſti, c. 32. Tabulas veterum ærarij debitorum, vel præcipuam calumniandi materiam excuſſit.

[h] Iuſtin. fiat tam iuris religioſiſſimus, vt D. Marcus in l. vnum 67. D. de legat. 2.

ΠΕΡΙ ΡΗΜΑΤΩΝ ΣΗΜΑΣΙΑΣ.

DE VERBORVM SIGNIFICATIONE.

Græca huius Tituli Fragmenta ex Græcis auctoribus manuſcriptis eruta.

Conſilium Dionyſij Gothofredi V. C. & doctictiſſimi ſecuti ſumus.

Vlpianus libro primo ad Edictum.

VERBVM hoc, Si quis, tam maſculos quàm fœminas complectitur.

2 *Paulus lib. 1. ad Edictum.*

Vrbis appellatio muris: Romæ autem continentibus ædificiis finitur, quod latiùs patet. Cuiuſque diei maior pars eſt horarum ſeptem primarum diei, non ſupremarum.

3 *Vlpianus libro ſecundo ad Edictum.*

Itinere faciendo viginti millia paſſuum in dies ſingulos peragenda, ſic ſunt peragenda, vt ſi poſt hanc dinumerationem minus quàm viginti millia ſuperſint, integrum diem occupent, veluti viginti vnum millia ſunt paſſus: Biduum eis attribuetur, quæ dinumeratio ita demum facienda erit, ſi de die non conueniat. Eius qui apud hoſtes deceſſit, dici hereditas non poteſt, qui ſeruus deceſſit.

3 Τὰ πρὸς ὁδοιπορίαν ἀφωρισμένα καθ᾽ ἑκάστην εἴκοσι μίλια, οὕτω νοοῦμεν, ἵνα κἂν τὰ τελευταῖα μὴ ὦσιν εἴκοσι. καὶ οὕτως ὁλόκληρος ἡμέρα αὐτοῖς ὁρισθῇ. τουτέστι τὰ εἴκοσι ἓν μίλια, δύο ἡμέρας λαμβάνωσι. τότε δὲ ταῦτα λέγομεν, ὅτε μὴ ὁρισθῇ ῥητὴ ἡμέρα.

4 *Paulus libro primo ad Edictum.*

Nominis appellatione rem ſignificari Proculus ait.

4 Τῷ ὀνόματι τοῦ γραμματείου, τὸ κεχρεωστημένον πρᾶγμα σημαίνεται.

5 *Idem libro ſecundo ad Edictum.*

Rei appellatio latior eſt, quàm pecuniæ: qua etiam ea quæ extra computationem patrimonij noſtri ſunt: cùm pecuniæ ſignifica-

5 Ἡ τοῦ πράγματος προσηγορία πλατυτέρα ἐστὶ τῆς τῶν χρημάτων. ἐπειδὴ καὶ τὰ ἔξω τῆς

ψήφου

Ἀποκαθιστᾶν δοκεῖ ὁ μὴ μόνον τὸ σῶμα τὸ ζητούμενον, ἀλλὰ καὶ ὅλην τὴν τοῦ σώματος αἰτίαν, καὶ τύχην διδούς. πᾶσα γὰρ ἀποκατάστασις, οὐ μόνον τοῦ σώματος, ἀλλὰ καὶ τοῦ δικαίου ἐστίν.

tem exhibet, non poteſt videri eius præſtare præſentiam: nemo enim ex eo genere præſens ſatis aptè appellari poteſt. Reſtituit non tantùm qui ſolum corpus, ſed etiam qui omnem rem conditionémque reddita cauſa præſtet. & tota reſtitutio iuris eſt interpretatio.

ΠΕΡΙ ΚΑΝΟΝΩΝ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΝΟΜΙΜΩΝ.

DE DIVERSIS REGVLIS IVRIS.

ΚΑΝΩΝ ἐστὶ σύντομος τοῦ πράγματος ἀφήγησις καὶ συνδεσμός, ὅςις ἅμα τῷ περί τι πλαῖσαι, οὐ σημαίνει τὸ ὑποκείμενον. ὁ γὰρ κανὼν ἐκ τῶν νόμων, οὐ μὴν ὁ νόμος ἐκ τοῦ κανόνος λαμβάνεται.

2 Αἱ γυναῖκες πάντων τῶν πολιτικῶν καὶ τῶν δημοσίων ὀφφικίων κωλύονται. καὶ διὰ τοῦτο οὐ δικάζουσιν, οὐκ ἄρχουσιν, οὐ προεκβάλλουσιν ὑπὲρ ἄλλων, οὐ γίνονται φροντισταί.

3 Ὁ δυνάμενος θέλειν, δύναται καὶ μὴ θέλειν.

4 Οὐ δοκεῖ θέλειν, ὁ πειθαρχῶν πατρὶ, ἢ δεσπότῃ.

Paulus libro ſexto decimo ad Plautium.

REGVLA eſt, quæ rem quæ eſt, breuiter enarrat. non vt ex regula ius ſumatur: ſed ex iure quod eſt, regula fiat. Per regulam igitur breuis rerum narratio traditur, & vt ait Sabinus, quaſi cauſæ conjectio eſt, quæ ſimul cùm in aliquo vitiata eſt, perdit officium ſuum.

2 *Vlpianus libro primo ad Sabinum.*

Fœminæ ab omnibus officiis ciuilibus vel publicis remotæ ſunt: & ideo nec iudices eſſe poſſunt, nec magiſtratum gerere, nec poſtulare, nec pro alio interuenire, nec procuratores exiſtere. Item impubes ab omnibus officiis ciuilibus debet abſtinere.

3 *Idem libro tertio ad Sabinum.*

Eius eſt non nolle, qui poteſt velle.

4 *Idem libro ſexto ad Sabinum.*

Velle non creditur, qui obſequitur imperio patris vel domini.

5 *Paulus libro ſecundo ad Sabinum.*

In negotiis contrahendis alia cauſa habita eſt furioſorum, alia eorum qui fari poſſunt,